

CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

686

1198/09/25.

Mandas testamentarias de Paio Sarracéniz.

B.- Tombo, f. 173r.

Testamentum Pelagius [Sarra]ceni de hereditate de Quintanis et de Saa.

Era M^a CC^a XXX^a VI^a et quotum VII^o kalendas octobris. Hec est ordinatio que ordinauit Pelagius Sarrazenz tunc ne mors me surripiat et omnia mea ordinata remaneant. In primis mando corpus meum sepelire ad monasterium Sancti Justi de Tribulis Altis, et mando ibi mecum hereditatem meam de Auankario in villa Quintanis ubi sedet Didacus Argazu, et hereditatem meam de Saa; et mando ut filius meus Petrus Pelaiz defendat semper ipsum monasterium cum ipsis hereditatibus quas ego ei do, unde aliud non faciat ut meam benedictionem habeat. Mando etiam ibi mecum, et cetera. Si quis contra hanc meam mandacionem uenerit sit maledictus usque in septimam generationem et insuper pariat solidos mille; et semper illa maneat firma.

Q. p. f.: Petrus Pelaiz, miles, conf. Johannes Pelaiz, armiger, conf. Fernandus Didaci, miles, conf. Munio Didaci, miles, conf. Arias Muniz, ts. Rodericus Petri, ts. Petrus Ordonii, ts. Adam Muniz, ts.

Johannes qui notuit.